

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Pompilius.
Faunus.
Fatua dea.
Bona dea.
Clodius
Liberi pris sacra
Cytheron mons inde dicitur:
Didimus
Primus auctor deorum colendorum.
Amalthea
Melissa
sorores.

bare quanta pietate defenderint. religiones auctoritatem religionum ip
sarum testando minuerunt: Sed ut Pompilius apud romanos insti
tutor ineptarum religionum fuit: sic ante pompilium faunus in latio:
qui & saturno auo nepharia sacra constituit: & picum prem inter
deos honorauit: & sororem suam fautam fauuam eandemque coniu
gem consecrauit: quam Gabius bassus fatuam nominauit nominatam
tradidit: quod mulieribus fata canere consuesset: ut faunus viris: Eande
varro scribit tantae pudiciciae fuisse: ut nemo illam: quo adiuxerat: p
ter suum virum masla. uiderit: nec nomen eius audierit: idcirco illo il
li mulieres in aperto sacrificant: & bonam deam nominant: ut c. Sextus
clodius in eo libro quem graece scripsit refert faunii hanc vxorem fuisse:
Que quia contra morem decusque regum clam ollam uini ebiberat: &
ebria facta erat uirgis myrteis a uiro ad mortem usque ad cesam: Postea
vero cum eum facti sui poeniteret: ac desiderium eius ferre non posset:
diuinum illi honorem detulisse: Idcirco in sacris eius obuolutam vi
ni amphoram poni: Reliquit ergo posteris faunus quoque non parum
erroris: quem tamen prudentes quique perspiciunt: Nam Lucilius eorum
stulticiam: qui simulacra deos putant esse: deridet his versibus: Terrico
las fauni quas pompilique instituere nume tremit has. hic omnia ponit:
ut pueri credant infantes signa omnia aerina. Viuere & esse homines
sic isti omnia ficta vera putant: credunt signis cor inesse aerinis. per
gula pictorum veri nihil. omnia ficta. Poeta quidem stultos homines
infantibus comparauit: At ego multo imprudentiores esse dico. Illi. H.
simulacra. homines putant esse: hi deos: Illos aetas facit putare: quod
non est: hos stulticia: Illi utique breui desinunt falli: horum vanitas &
durat semper & crescit: Sacra libri patris primus orpheus induxit in
graecia: primusque celebrauit in monte boetiae: thebis ubi liber natus
est proximo: qui cum frequenter cythare cantu personaret: Cytheron ap
pellatus est: & fuit per eadem fere tempora: quibus faunus: Sed qui aetate pre
cesserit dubitari potest: Si quidem per eosdem annos latinus priamusque
regnarunt: Item patres eorum picus & laomedon: quo regnante orphe
us cum argonautis ad iliensium littus accesit: Procedamus igitur
ulterius: & quaeramus quis omnino colendorum deorum primus auctor
extiterit: Didimus in libris τὰ ἐξ ἀρχῆς στοιχεῖα πρὸς ἀρχικῆς. ait mellisea cre
tensium regem primum diis sacrificasse: ac ritus nouos sacrorumque pompas
introduxisse: Huius duas fuisse filias amaltheam & melissam: que
Iouem puerum caprino lacte ac melle nutrierunt: Vnde poetica